

96 7 786



VE

DN.  
SACR.  
CO

*Domino*

SUMMIS

JOH

TY

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
VENÆSECTIONIS  
SALUTARI  
INTERMISSIONE,

*Quam*

AUSPICE DEO PROPITIO,  
*Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſa Facultatis Medicæ,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-  
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Præceptore, ac Promotore suo, omni honoris cultu proſequendo,*

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO-  
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

horis locoque conſuetis

ANNO MDCCKXXXV. D. OCTOBR.

*Publicæ ac placidæ Eruditorum ventilationi ſubjiciet*

R E S P O N D E N S

JOHANNES JULIUS SCHLÆGER,

BRUNSVICENSIS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

*Len: XXVIII/7627*

*H. Sack 13 Alberti*



96 F 786

AK



dici,  
etero  
um d  
culo  
brevis  
L. de  
cendo  
parv.  
exper  
roru  
ber, l



## PROOEMIUM.



Illustribus & gloriosis medicorum virtutibus constantia in cognitione, conclusione, decisione & operatione jure meritoque annumeranda est; ea propter non tam ad decorum, quam ad essentialem boni medici, certa scientia & probata peritia instructi, characterem requiritur, quæ animum firmum, strenuum & confidentem reddint: testantur hoc suo calculo LUBERTUS ESTTHIUS in *præf. de compos. med. phil. tr. brevis & methodica formul. tractationis*, SCHOPF. in *præf. L. de Lepra*, & ROBERTUS FERINI de *abuso medicinæ coercendo* pag. 1. vid. CAMERARIUS in *Sylog. memorab. Cent. 1. part. 71. p. 50. sq. olim nemini vulnus retegere licebat, nisi experto, & qui artis suæ testimonia publica edidisset, nunc totum corpus explorandum, tractandum, torquendum cullibet, levi aliqua suspitione, medico, veterinariis & vetulis tra-*

dimus. Imaginem nostri pingendam non facile alicui pingendam committimus, ni probato prius artifice & viscera nostra, imperitiis lanionibus subijcimus, tam iniqua fata artem medicam, omnium præstantissimam bodie premunt: quam tædiosa & perniciosa itaque est inconstantia ægrorum, quoad deletum & usum medicorum, tam periculosus & ominosus est medicorum instabilis animus quoad cognitionem morborum & ordinationem remedium: quadrat huc effatum B. STAHLII in Programmate de Constantia medica, dissertationi de Medicina, sine Medico annexo: quæ vero præsentior atque levior est inconstantia, quam passim etiam directe contraria sentiendo atque proferendo, jam affirmare, jam negare; impr. autem dicta non dicta facere, facta non facta dicere: dicere atque facere, quæ vel post paucas horas commeminisse ad minimum negandum sit: proinde frivola atque præcox mutatio sententiæ in medico foro evidens character dubii, incerti & levis animi est, salva ceteroquin licet excusatione, quod posteriores cogitationes meliores sint prioribus; utut vicissim verum omnino etiam existat, quod diu deliberandum sit, quod semel dein statuendum est: hinc BASILII Imperator cap. 31. ait: esse sibi perpetuo consentientem, hominis est gravis & cordati; quemadmodum pugnare secum & dictis & factis, hominis est levis omnique reprehensione digni: enim vero ejusmodi instabilis mentis qualitas non modo medici famæ ignominiosa, sed & ægris valde præjudiciosa & calamitosa est, ut propterea firmum, statum & ratum esse debeat, quæ Medicus judicio & auxilio, sensu & facto operatur & exequitur, ni prægnan-

gnan-  
terd-  
tatio-  
pant-  
diaz-  
dinis-  
mitt-  
bat,  
lubr-  
fente-  
etun-  
qua  
vel e-  
LES  
specie  
Lib. 8  
travi-  
perio-  
statu-  
tis e-  
profu-  
respe-  
Lib. 1  
vend-  
ens  
omni-  
Hipp-  
damm-  
ries q-  
fiat r

gnantes quædam causæ & rerum vicissitudines, interdum aliqualem cognitionis & consultationis mutationem urgeant, indicent & approbent: ob id discrepantia & immutatio ætatis, virium, temporis, loci, diætæ, vitæ generis, tempestatis, climatis, consuetudinis, modo certam operationem therapevticam admittit, modo respuit, mox illius repetitionem approbat, alibi improbat, & utrumque nihilominus ad salubrem usum & eventum promovet: Hæc mutatio sententiæ, consilii & auxilii versatur vel circa subiectum & objectum; vel circa effectum, quare in aliqua consideratione & executione vel plus vel minus, vel etiam contraria operatur: eapropter ARISTOTELES *Lib. V. Phys. c. 2.* dixit: *mutatio est alteratio in eadem specie quoad magis & minus*, vel juxta ALBERTUM M. *in Lib. 8. Phys. 3. c. 46.* *mutatio non fit, nisi a contrario in contrarium.* Omnis quidem, vulgari dicterio, mutatio periculosa dicitur, quæ vero e deteriori in meliorem statum ab omnibus probatur, secundum HIPPOCRATIS effatum *Lib. II. Epidem. Sect. 2. text. 3.* *Mutationes profunt, si non ad prava mutantur: in alio vero statu & respectu vicissim veritati consonum est quod HIPPOCRATIS *Lib. VI. Epid. Sect. 3. text. 46.* enunciat: mutationes cavendæ sunt: Præcipue subita aut ad contraria transiens mutatio valde suspecta est, quæ committendo & omittendo perpetratur: hinc DIETERICUS *in Fatreo Hipp. pag. 440.* ait: *mutatio subita & magna in contraria damnatur & p. 258.* eloquitur: *omni periculo vacabit, quoties quidque sensim & paulatim fiet, etiamsi ab uno ad aliud fiat transitus: omnes subitæ mutationes si sint notabiles,**

offendunt naturam, propter consuetudinem, quæ velut est altera natura, a qua violente receditur & inducitur, quod illi est contrarium, unde sensim & exiguis momentis est recedendum: porro p. 481. mutatio ex uno contrario in aliud subita & nullo medio, naturæ adversatur, idcirco transitus hujusmodi nequaquam tutus Hipp. Sect. II. apb. 51. in omnibus mutationibus quæ ad conservandam sanitatem, vel ad morborum curationem fiunt, duo potissimum observanda 1) nihil immodicum faciendum: 2) nulla mutatio subito & universim facienda juxta d. apbor. In medela s. mutatio fieri debet, paulatim & sensim facienda est: contraria enim sensim adhibere oportet: præf. si consuetudo adfuerit & ab una ad alteram fieri debet transitus - - sanitas valde læditur ex subitis mutationibus. Ex hisce facile patescit, quod alia variatio quoad consilium medicum culpa, alia vicissim fructuosa existat, quando videlicet quædam operationes therapeuticae congruo tempore suscipiuntur & committuntur, alio perinde tempore omittuntur & interdiciuntur: hinc quædam mutatio justa, prudens & necessaria est, quamvis interdem juxta SENECAM in proverb. fluctuatio maximum malæ mentis indicium sit: aut sicut PLUTARCHUS in Laco enunciat: Prudentis est pro re nota mutare consilia; sine causa autem subinde alium fieri inconstantia vitium est: quam male itaque in foro medico tales suæ existimationi consulunt, qui cum consiliis suis adeo instabiles, dubii, fugaces & fluctuantes sunt, qui nunc aliquid commendant, quos brevi post poenitet consilii, qui in brevi temporis circuitu, diversa, perversa, imo adversa suadent, qui una hora Venæsectionem suadent

dent  
artifi  
ce ve  
ricul  
hæc  
med  
cum  
rùm  
rum  
cum  
jecto  
grad  
rum  
nes &  
dive  
tur,  
term  
tion  
& ev  
præf  
enti  
litate  
tur,  
NÆ  
NE  
vota  
um



dent altera dissuadent, imo qui uno die aliquoties artificium quoddam medicum approbant, toties vice versa iterum improbant, ut tandem aliorum periculo sapere discant, attenta docet observatio: & hæc ignominiosa inconstantia in stadio & campo medico adeo infrequens haud est: nec tamen duocum faciunt idem, idem est: siquidem remedium vires utilesque efficaciam haud in promiscua eorum ordinatione consistunt, sed in scita, perita & circumspecta illorum relatione & applicatione ad subsectorum qualitates, morborum proprietates, species, gradus, tempora &c. nec non causarum morbificarum rationes, conditiones, vires, nexus, complicationes &c. quare prudentis medici officium est, ut pro diversitate circumstantiarum, nunc aliquid exequatur, alibi idem in uno eodemque valetudinario intermittat, insuper vero hæc contrarietates cum ratione & iudicio committat & ad salutarem effectum & eventum promoveat: hæc meditatio practica nos præsentem Inaugurali dissertatione ad Heroici & cruenti illius medici auxilii Venæsectionis usum & utilitatem, quando nunc admittitur, modo intermittitur, invitat, propterea brevi explicatione de **VENÆ SECTIONIS SALUTARI INTERMISSIONE** agere constituimus: Cui instituto prospere & ad vota salubremque usum succedenti divinum auxilium devotis precibus exoramus.

§. I.

**Q**uamvis præsentis tractationis argumentum *luculentum* esse videatur, tamen ad omnem *ambiguitatem* vitandam, quædam *illustrationis* loco, & pro justa applicatione formanda & invenienda indicare lubet: Sermo nobis est de *Venæsectione* in sensu *generico*, non æque *seorsim* ad certas *regiones*, certa loca & certas *venas* advertentes; unde *haud speciali* animadversione, de Venæsectione in *capite*, *brachiis*, *manibus*, *pedibusve* sermonem instituiimus; nec etiam peculiarem rationem *repetitionis* habemus, an subiectum quoddam *antebac* ejusmodi subtractionem sanguinis *varius*, an *crebrius* admiserit: siquidem interdum circumstantiæ mox post *primam* Venæsectionem ejusmodi intermissionem suadent & admittunt, interdum etiam post usum *V. Snis aliquoties* repetitæ, eadem omisso locum invenit: nonnunquam varia subiecta Venæsectionem, *male* & perverse administratam, valde abhorrescunt, eamque omittunt, quandoque Venæsectionem extremo *merus* & *angoris* affectu admittentes, imposterum consultius illam intermittunt &c. quorum respectuum rationem & considerationem præsentis themate *principaliori* instituto *haud* habemus, siquidem per se mox liquet, quod in plurimis horum respectuum Venæsectionis usum continuare *minus* consultum & salubre sit; ideo imprimis de tali *V. Sne* sermonem instituiamus, quæ licet *semel*, aut *sæpius* adhibita sit, tamen ob *certain* causas iterum cum *euphoria* intermitteri potest, imo requirente necessitate, debet: nec tamen hoc asserto *plebejo* atque *empirico* usui *V. Snis* patrocinari placet,

placet  
frivol  
inept  
Bau  
sentin  
justo  
stituit  
nem i  
za Ven  
magis  
terea  
minus  
saluta  
exemp  
quare  
ration  
ne agr  
nim in  
pecca  
anxie  
rudine  
ni vit  
ad ser  
medic  
missio  
hanc  
juvat  
subino  
dine c  
tribua

placet, quando illa nunc admittitur, nunc omittitur, pro  
 frivolo lubitu; unde jam in proverbium abiit de opere  
*inepro & incongruo* edisserere: es kommt ihm an, wie dem  
 Bauern das Uderlassen; nec vicissim cum illis ausibus con-  
 sentimus, quando ex ordinatione *interdum medica* sine  
 justo & judicioso *discrimine* pro arbitrio eadem modo in-  
 stituitur, & si non *confestim* plenarie spem & expectatio-  
 nem implere viderur, nec repetitur (sicut aliquando *itera-  
 za* Venæsectio *desideratum demum* auxilium largitur,) quin  
 magis ludicre & *negligenter* spernitur & *omittitur*: Præ-  
 terea etiam Venæsectio quidem aliquando *levi* animo &  
*minus* ponderatis circumstantiis iterum omittitur, sed *haud  
 salutaris* successu, sicut *infelices* consecutiones uberrimis  
*exemplis arbitriam* illam intermissionem testantur:  
 quare præcipuus respectus concernit *salubritatem certam*,  
 rationalem, securam & *constantem*, quæ de tali *intermissio-  
 ne* agnoscenda, promittenda & promovenda venit: ete-  
 nim in *utroque* interdum & *medici* & *eujus* interest statu,  
 peccare solent: aliqui aut *primam*, aut *reliquam* V. Snem  
*anxie* abhorrescunt, insuper vel ad illam hominum *multi-  
 tudinem* provocant, qui vel *circa* Venæsectionis usum *sa-  
 ni* vitam degerant, vel sine hoc alioquin medico auxilio,  
 ad *seram senectam* pervenerunt; quidam vicissim huic re-  
 medio *omnem* fidem tribuunt, ideoque quoad illius ad-  
 missionem *liberales* valde, si non *prodigi* sunt, quibus juxta  
 hanc persuasionem & *imaginationem* Venæsectio magis  
 juvat, quam per *rationem* aut *peritam* observationem;  
 subinde aliquibus in more positum est, ut *nimia* sollicitu-  
 dine de *longava* vita huic *heroico* auxilio omnem fidem  
 tribuant, partim opinione & persuasione inducti commu-

ni hominum consuetudini, *certis regionibus familiari*, se affociant, & *coeca* fiducia de hoc remedio indubiam utilitatem expectant, facile vero *spe* sua sub hoc frivolo & *fallaci* experimento falluntur; ut fugitivo & mutabili ausu, *æque facile* & cito in hujus auxilii oblivionem & intermissionem consentiant, interea ex hac *fluctuatione* & proterva mutatione nullam salubritatem obtinent, quin potius varias *novas* molestias & *morbosas* afflictiones convocant, ut iterum sub hoc statu Venæsectionis intermissio *nihil boni* promittat: neque in *plebeja* aut *domestica* medicina, aut temeraria atque *empirica* observatione inauditum est, quod quidam *summa* quasi *necessitate* coacti, ad Venæsectionis anchoram confugiant, imposterum autem illius *repetitionem*, ne attendendam & necessariam esse judicant, usque dum ex *consequenrium* intricatarum & novarum morbosarum afflictionum invasione ejusmodi homines retro meditentur, de præteritis cogitent, ac medicis exploratoribus aliquando admissam, aut frivole intermissam V. Snem indicent: Qui singuli modi ac mores intermittendæ, aut intermissæ V. Snis in *presentem* nostrum censum haud veniunt, quia desideratam & speratam *salubritatem* secundum præsentem cognitionem haud pedisse quam habent.

§. II.

Duplex vero in hac consideratione ardua occurrit indicatio & resolutio medica, vel Venæsectionem *præcipere*, vel *intermittere*, prior quoad omnes circumstantias *naturæ adversa* & terribilis esse videtur, siquidem exultatæ gentes *sanguinis venerabundam* estimationem fovent, nec in illius *crudelem* subtractionem grassantur, aut sanguinolentas se præbent, quin potius in *ordinanda* & suscipienda

pien  
quan  
metu  
rum  
res m  
tuit  
ti del  
dam  
quid  
magi  
dem  
E. s.  
um s  
abess  
plen  
homi  
mod  
LII a  
us p  
cius  
li ev  
flam  
pres  
perse  
nec  
litat  
nec  
civa  
zara  
dus

pienda illa, si non timidae, attamen non audaces, sed perquam *circumspecta* sunt: posterior respicit justum illum metum, ne semel institutum tale remedium, si impostezum negligenter repetitur, aut frivole omittitur, *gravior* morbos pedissequos habeat: unde jam vulgaris innouit observatio, quod semel cepta, non intermitti, sed repeti debeat, ob quam obligationem atque servitutem quidam homines omnem Venæsectionis usum respuunt: quid quod quidam medici magis inclinant, quo sanguis magis retineatur, quam copia *pleniori* depleatur: siquidem BOTOLLUS *de curat. per sangv. miss. cap. 36. §. 2. in fin. & §. 3. in fine* ait: *quæri posse, quodnam horum majus vitium sit, infra nempe subsistere, aut excedere: longe autem abesse a natura ratione vacuum esse hominem sanguine, quam plenum, nemini dubium esse debet, quamvis & plena vasa in homine nullo modo esse possint - - æquius est igitur infra modum peccare, quam supra; attamen etiam juxta LENTILII assertum ex altera velut parte verum est, quod melius propemodum sit, sanguinem non mittere, quam justo parcius mittere Ercodr. med. pract. p. 656. dum insufficienti tali evacuatione motus sanguinis exasperatur, ut spasmi, inflammationes, tumores sanguinei, dolores, febres &c. pressio velut pede consequantur: quare pro diversitate personarum & circumstantiarum Venæsectio aut sæpe non necessaria est, aut in certumtemporis terminum tantum utilitatem extendit, quo circumactio ulterior illius continuatio nec necessaria, neq̃ utilis, quin verius incommoda imo nociva existit: eapropter *heroica* hæc medicina exquisite *limitatam* suam spheram habet, ne temere ordinetur, cum modus in ordine naturæ detur, quo homines multi, si non plu-*

rimi, modo consiliis peritorum medicorum obtemperant, hoc auxilio carere possunt: Haud vero juxta presentis *practicae* disquisitionis argumentum ullis persuadere placet, ac si *promiscuus*, insuper *arbitrarius* conatus esset Venæsectionem semel usurpatam, iterum oblivioni & intermissioni tradere, qui conatus & audax & perniciosus esset; hinc ad *peculiares* causas, casus, personas & circumstantias advertere convenit, si palmariam talem evacuationem artificialem iterum omittere consultum esse judicaverimus: Præterea non illam quæstionem ventilandam hoc themate suscepimus, an Venæsectionem antea admissam, nunc per dimidium, aut unum, aut plures annos intermittere possimus, sed potius de eo nobis sermo instituendus erit, an talis Venæsectio impostero *semper cum euphoria* intermitteri queat, nec unquam porro repeti debeat: *paradoxa* omnino hæc videri posset quæstio & meditatio, præc. si Venæsectioni nimium, quam par est, patrocinari mallems; sicut enim illi a regula recti deflectunt, qui asserunt, quod Venæsectio *universale* auxilium esse debeat, nec non quod V. S. *nunquam* & *nullibi* utilis & necessaria, sed tantum foetus *falsæ* hypotheseos sit, ita etiam error est, quod *indiscriminatim* V. S. in omni *subjecto, casu, statu & tempore*, constanter utilis & necessaria existat, siquidem nobis demonstratio ex ratione & observatione incumbit, quod *aliquando* absoluta *intermissio* Venæsectionis æque *salubris* sit, ac illius sollicita, anxia & scrupulosa *continuatio*: naturalis etenim eaque simplex & ingenua est observatio, quod *innumeri* homines, *diversæ* constitutionis, multum edant, multumque laborent, & tamen nunquam Venæsectione utantur, nec uti necesse habeant: die  
gestun-

gesu  
cken  
frän  
Die  
derle  
und  
ob f  
serv  
suaf  
que  
liæ i  
feine  
säun

ne fa  
cam  
cuj  
sunt  
tur,  
saria  
adve  
dina  
sang  
ris t  
libu  
ludi  
voll  
cis g  
p. 33

gesundesten Leute lassen nicht Ader, wann sie aber zu krank-  
 en anfangen, so müssen sie sich dazu resolviren; wer ins  
 Fränkeln kommen wolte, müsse anfangen Ader zu lassen:  
 Die Docters und Barbiers recommendirten nur das A-  
 derlassen, damit sie gewisse und stete Kundtleute bekommen  
 und behalten: eapropter medici & moraliter aut politice  
 ob famam artis & propriam fidem & existimationem con-  
 servandam, & physice circa V. Snis commendationem, aut dis-  
 suasionem perite & prudenter versari debent, ne in utrius-  
 que vituperium illius usus aut defectus cedant & contume-  
 liæ illæ declamentur, mit der Aderlässe habe der Patient  
 seine letzte Hülffe bekommen, oder mit der Aderlässe die ver-  
 säumt worden, hätte der Patient gerettet werden können.

§. III.

Non raro medicis aut ab illis, qui *absque Venæsectio-  
 ne* sani sunt, aut qui sine illa sanitatis restitutionem medi-  
 cam ambiunt, aut qui tandem ab hoc mancipio V. Snis,  
 cujus post crebram admissionem & repetitionem pertæsi  
 sunt, liberari desiderant, quæstio hæc decidenda proponi-  
 tur, an æque *Venæsectio* in Curatorio sanitatis adeo neces-  
 saria sit, cum non modo illud *cruentum* auxilium natura  
*adversetur*, quæ sponte, aut nunquam, aut rarissime inter *or-  
 dinarias* suas easque *quotidianas salutaris* evacuationes,  
 sanguinis excretionem servat, & tantum *extraordinem* cer-  
 tis temporum intervallis, aut e *naribus, aut utero, aut seda-  
 libus* locis sanguinem evacuat, aut a subiectis non paucis  
 ludicro *experimentandi* conatu suscipitur & admittitur, Sie  
 wollens versuchen, ob es ihnen auch helfe, wie sie von medi-  
 cis gerühmet wird; qua: recte RIEDLINUS *Curat. med. 400.  
 p. 339.* ait: *multi in Venæsectione præsidium quarunt, quod  
 minime*

*minime in eadem inveniunt*: Quo itaque medicus huic  
 quæſtioni ſatisfaciat, *limitatam* & præcipuis circumſtan-  
 tiis ac qualitatibus accommodandam reſolutionem hac de-  
 ductione reddere & ſuppeditare contendimus: Etenim  
 aliquoties PRÆSIDI contigit, ut *valetudinarii* medicam  
 opem ab eodem implorantes denunciaverint, quod Venæ-  
 ſectionem aliunde commendatam *ſine ullo* fructu atque  
 emolumento adhibuerint, (quemadmodum de quodam  
 ægro *hemiparico* WEPFER. *ad obſerv.* 58. p. 163. teſtatur: *in-*  
*felices ſere, ſemper fuerunt ordinaria omiſſiones ſanguinis*  
*præſ. tempore verno &c.*) eaque propter apud animum ſta-  
 tuerant, *inpoſterum* inutile & *anceps* tale auxilium ſe *inter-*  
*miſſuros*: alii hanc conſeſſionem proferunt, Venæſectio-  
 nem *non ſemper* deſideratam utilitatem largiri, ſed nunc  
 aut *modicam*, aut *vix diu* durantem, aut *nullam*, aut *contra-*  
*riam* opem & operationem præſtitiffe, die *Udeläſſe* ſey  
*dißmahl nicht wohl angeſchlagen*; alii referunt, ſe hacte-  
 nus Venæſectionem ex nuda conſuetudine adhibuiſſe &  
 continuafſe, absque tamen *ullo*, aut peculiari ſalubri effe-  
 ctu: tandem alii conqueruntur, quod Venæſectio in *præ-*  
*greſſis* temporibus *aliquam* quidem *opem* ad hanc vel illam  
*morbosam* afflictionem obtulerit, nunc vero illam, quoties  
 juſto ordine repetitur, malum tranquillius ſemper *exaspe-*  
*rare*, *novisque* ſymptomatibus accumulare, ob quos reſpe-  
 ctus talia ſubjecta *juſtam* cauſam habere ſibi perſuadent,  
 quo evanidam talem Venæſectionem in futurum plane o-  
 mittant: quo itaque tale propoſitum bene ſuccedat, nec  
*deteriores* conſeſſiones inferat, periti medici officium e-  
 rit, ut concurrentes circumſtantias, bene conciliet, pon-  
 deret & dijudicet, quoniam frivola Venæſectionis inter-  
 miſſio

miſſio  
 pitat  
 gnita  
 inſtig  
 termi  
 judic  
 Apr.  
 ſectio  
 phom  
 noten  
 cerbe  
 lioſo  
 indic  
 rant  
 inter  
 nec  
 ant,  
 & im  
 quali  
 Med.  
 pauca  
 plura  
 tuto  
 quen  
 ſi jan  
 ſus ſe  
 irab  
 terat  
 te &  
 com



missio *gravioribus* damnis utpl. obnoxia est, quam præcipitata aut inconsulta illius administratio: ideo autem dignitati & utilitati hujus auxilii nec despectus, nec injuria infligitur, siquidem præsentī labore *non absolutam* illius intermissionem probamus, ne dum defendimus, quin verius judicio RIEDLINI subscribimus, qui in *Lin. Med. An. 4. Apr. 25. obs. p. 330.* historiam hujus tituli recenset: *Venæsectionis omnino rejecta, poenas luens medicus & hoc epi-  
phonemate eandem observationem obsignat: pag. 332. notent hoc ii, qui in hunc usque diem Venæsectionem tam acerbe impugnant, ne pertinacius sententia sua insistendo malitiose quosdam in mortis periculum conjiciant; sed potius indicamus, quod in praxi medica reservari quidam occurrant casus, ubi antehac aduetam Venæsectionem penitus intermittere causæ & circumstantiæ suadent, ut propterea nec medici, nec alii adeo timidi, anxii & tenaces esse debeant, ea propter Venæsectionis intermissionem dissuadere & improbare, quoniam illa jam aliquandiu continuata & quasi in habitum translata fuit: hinc idem RIEDLINUS *Lin. Med. An. V. Apr. obs. 26. p. 412.* ita sentit: *Venæsectionem non paucos solius consuetudinis ergo instituire, & hi tamen si per plures jam annos sanguinem sic imminuerint, ab eadem virtute statim iterum desistere possunt: subnectit autem sequentia p. 414. in aliis qui Venæsectione minus opus habent, si jam diu eidem adsueri fuerint, non una vice statim proferenda, sed in principio bis terve minus sanguinis detrahendum, hinc demum omittenda erit. Quam ob rem iterato monemus, ut hæc intermissio circumspicte, moderate & sub congruis regulis dirigatur, sicut RIEDLINUS suo comprobat testimonio loco modo allegato, quando eloquitur**

quitur *omisso Venæsectionis caute instituenda erit*: conferantur, quæ de Venæsectionis *intermissione* hujusque *provida* directione profert *Horatius AUGENIUS de ratione curandi per sanguinis missionem Lib. 9.*

§. IV.

Subiecta itaque, causæ, casus & circumstantiæ, quæ Venæsectionem intermittendam probant sequentibus qualitatibus instructa esse deprehenduntur: *Subiecta* esse debent *ætatis* non valde juvenilis, sed paulo *consistentioris*, in quibus humores nec nimium fluidi & floridi, nec fibræ motrices *perquam flexiles* & instabiles, nec reliqua *moruum œconomia præceptis, imperuosa*, inquieta & in *irregularitates* nimium proclivis est; præterea respectu *Temperamenti* privative non de valde calido, *florido*, nimiumque activo, *immoderato* & in omnes *excessus* pronò, sed positive *sedato*, tranquillo, placido, *temperato*, morigerò & *quieto* participant temperamento, cujus posterioris conditionis homines sunt sanguineo-melancholici, sanguineo-phlegmatici, phlegmatico-sanguinei, melancholico sanguinei: hinc ratione *morum* sint in actionibus suis *moderati, ordinati*, continentés, lenes, mites, *placidi*, quieti, in perferendis *adversis* patientes ac imperturbati, mentis quieti operam dantes, a præcipitantia & vehementia alienissimi, nec scrupulosi, anxii, valde solliciti, meticulosi, sed utpl. *serenitati* & suavitati mentis dediti, præterea in animo *firmi*, nec valde *mutabiles*, nec *imaginatione* inquieta turbulentisint, insuperque bonis consiliis *placido nuro* obtemperent, haud morosi, refractarii & confusi existant, siquidem mentis ratio, ad talem *medicam mutationem ægrius* vel *lenius* tolerandam multum confert: dein Subiecta illa gulositati  
&

& voracitati indulgere haud debent, eaque propter non in diæta valde alimentosa versentur, nec avido appetitui indulgeant, ne multam eamque onerosam & præjudiciosam copiam sanguinis colligant: nam eminenter plethoricis adsueta Venæsectionis intermissio non facile suadenda erit: haud enim difficile erit e qualitatibus talium subjectorum colligere, an perquam molestam, turbulentam & præjudiciosam ubertatem sanguinis gerant, quæ iterata & constanti ventilatione indiget: indagare insuper decet, an hæc subjecta diæta lauta i. e. alimentis, potulentis & condimentis spirituosis, largiter aromaticis, generosis & fluidarum ac solidarum partium motum perquam & crebro excitantibus, utantur, qualis diæta prædictam Venæsectionis intermissionem non tolerat, sed potius illius continuationem præcipit atque urget. Habenda porro erit ratio nationis, stemmatis & hereditariæ dispositionis, an videlicet subjecta in tali degant provincia, in qua incolæ magis strenuis desudare solent laboribus, nec facile firma sua sanitate medico indigent, nec crebrioribus conatibus hæmorrhagicis obnoxii redduntur, ut aut rarius Venæsectione opus habeant, aut si illas semel sustinperunt, facilius earum intermissionem perferant: quoad natalitias qualitates, quidam homines a robusta stirpe, & sano stemmate geniti sunt, quibus particulares congestivæ commotiones, sanguinis evacuationem insolitam & distincte extraordinariam respicientes, minus familiares sunt, modo etiam talia subjecta aliis stimulis ad ejusmodi hæmorrhagias allicientibus & impellentibus non utantur; quibus etiam si cæteroquin moderato vitæ genere utantur, Venæsectio nec utilis, nec necessaria est; quodsi autem eandem præter souricam causam &

C

neces-

necessitatem semel, aut aliquoties admiserint, inde autem, licet non positivum *dammum*, attamen *nullum* emolumentum impetraverint, cum *majori securitate* & utilitate eandem denuo omittere possunt: quid quod aliquibus illa qualitas *connata* est, quod in sanguinis *collectionem minus* inclinet, ideoque *principem* causam, cui V. S. *naturali* ratione, nexu & indicatione responder, haud possideant, ut propterea quidam *liberalem* Venæsectionis ordinationem hac excusatione declinare & avertere conentur, was sie *Aberlassen* sollen, da sie doch nicht vollblütig wären, quibus propterea V. S. adhuc *parum*, aut *nihil* levaminis, facilius autem *molestias* & incommoda attulit: deinde *attenta* observatio in *aliquibus* subjectis monstrat, quod pro varietate personarum, *mentis* & *corporis*, aliquibus individuis familiare magis sit, sanguinem *retinere*, imo paulo *majori* quantitate *tranquillius* asservare, quam dimittere: quare nonnulli homines, sanguine *repleti*, juxta *externum* conspectum occurrunt, qui nihil inde incommodi sentiunt, modo congrua *temperie* vivendi uti continent, quibus vero vicissim, nec V. S. *facile* utilis atque necessaria est, si autem hæc iisdem unquam adhibita fuit, tunc commode iterum sub convenienti directorio omitti potest.

§. V.

Prædictis Subjectorum qualitatibus adhuc nonnullæ aliæ annectendæ veniunt, & quidem quando quædam Subjecta non ab *onere* & *copia* sanguinis, sed reliqua *virium* imbecillitate valde debilia vel per *individualement* rationem infirma existunt, vel *successive* ob *alias* causas talia fiunt, tunc iisdem Venæsectionis *continuatio* non injungenda est, siquidem in experientia medica haud talia desunt exempla, quod

quod  
xion  
tract  
hom  
labar  
in iis  
quor  
conc  
secar  
indio  
aut n  
de re  
Simil  
Vena  
pleni  
cis ha  
modi  
aut m  
nem  
Vena  
taque  
gene  
organ  
tural  
obfer  
unive  
utut  
onis  
Tom.  
non se

quod ejusmodi *debiles* homines aut sub ipsa sanguinis *su-  
xione e vena incisa*, aut proxime *post* hanc sanguinis sub-  
tractionem animam efflaverint: quodsi itaque quidam  
homines in *talem virium* jacturam aut imbecillitatem de-  
labantur, minime confert Venæsectionem antea adhibitam,  
in iisdem repetere; hinc medici alii dissuadent, præsentem  
quorundum præcipuorum *viscerum debilitate*, post bene  
conciliatas & dijudicatas reliquas circumstantias, venam  
secare; ita BONETUS in *Polyalthe Lib. 4. cap. 45. p. 761. b.*  
indicat & judicat, quod in *imbecillitate hepatis aut nulla*,  
*aut non nisi parvissima V.S. institui debeat: vid. ROGERIUS*  
*de recta curandi ratione per sanguinis missionem pag. 46.*  
Simili respectu personis, in *Hecticam* inclinantibus, *caute*  
Venæsectio ordinanda erit, in quibus culpa non semper in  
*plenitudine* sanguinis & connexis conatibus *hæmorrhagi-  
cis* hæret; hinc non raro observare licet, quomodo ejus-  
modi subjectis Venæsectio aut *nunquam* aliquod *levamen*,  
aut *majorem imbecillitatem* & symptomatum exacerbatio-  
nem excitaverit: eapropter RIEDLINUS *Curat. med. 400.*  
*Venæsectionem ad hecticam inclinanti dissuasit*: quando i-  
taque hic affectus ab *aliis* causis ortum ducit, insuper &  
genericam *magnam virium* prostrationem, & specialem  
*organorum debilitatem*, ut & *plurimarum* functionum na-  
turalium & animalium *languorem* involvit, tunc ratio &  
observatio suadent, Venæsectionem, quamvis antea velut  
*universale* auxilium adhibitum fuerit, *intermittendam* esse;  
utut e *sola macie* corporis non promiscue hujus Venæsecti-  
onis *omissio* indicatur: hinc *Job. Reymundus a FORTIS*  
*Tom. II. Consult. conf. 66. p. 255. a* testatur, *Venæsectionem*  
*non semper impedire maciem*: Præterea in hominibus ven-  
triculi

tricali imbecillitate laborantibus, & quidem non ob *abertatem* & *congestionem*, aut *difficilem progressum* propter illam abundantiam, aut magnam *spissitudinem* sanguinis, sed potius ob *personalem infirmitatem*, ob *diata vitia*, ob *status retentos*, ob diurnam & pertinacem *adstrictionem alvæ* &c. Venæsectio antehac admissa, nunc *commode* & cum *euphoria* sub *congruo directorio* *intermittitur*: Notatu propterea dignæ sunt illæ observationes, quod aliquibus subiectis Venæsectio, quoties instituta fuerat, non modo morbosas in *abdomine* molestias exacerbaverit, sed & præc. ventriculi afflictiones excitaverit, ut vel *eximia imbecillitas*, magna *cardialgia*, & *appetitus prostratio*, vel *molesti vomitus* consequantur: non minori attentione digna est observatio, quod & cur varii homines vel *sub Venæsectione*, vel *mox post illam*, *vomitibus* corripiantur: placet huc apprimè quadrantem observationem RIEDLINI *Lin. Med. An. II. Majo obs. 13. pag. 224. sq.* titulo *Venæsectio ventriculum interdum debilitat*, allegare: *novi*, ipse refert, *quendam virum nobilem*, qui *sanguine per venam sectam detracto*, aliquoties tam *debilem nactus est ventriculum*, ut hoc non semel notato & Medico suo ordinario *sua-dente*, a *Venæsectione* abstinere omnino coactus fuerit. *Novi* mercatorem quendam celeberrimum, non parum *plerhoricum*, cuique alias *Venæsectio* multum prodest, quoties tamen eadem illi administratur, quod non nisi semel in anno fit, ab illo tempore per *octiduum* de *debili appetitu ventriculo* & *prostrato* conqueritur: *nuperrime* quadam *egregia matrona*, post *Venæsectionem* in *vomitibus* sæpe molestos incidit, quos ab hac *deducendos esse prudenter inde ipsam* & *conclusit*, quia & *sanguine in paulo majori quantitate per menses profuso*  
idem

idem  
mnia  
&c.  
aliffi  
tra  
stim  
quer  
anim  
litar  
um  
tran  
frie  
qua  
fensa  
mol  
ven  
cuj  
dan  
ven  
fion  
prim

& c  
FER  
in c  
qua  
cis  
do  
fum

*idem incommodum patitur: & hæc similiaque caute nos omnia, antequam Venæsectionem suadeamus, inquirere docent &c. enim vero nonnulli homines sicut generice, ita specialissime ventriculo adeo sensibiles sunt, ut quicquid ipsis extra consuetudinem, aut extraordinarium contigit, confestim in eodem ventriculo ægerrime perferant: hinc conqueruntur es schlage ihnen alles im Magen: v. g. si aliquo animi affectu commoventur, si porulenta & alimenta qualitatam insuetarum assumunt, si in aut externum refrigerium patiuntur, si turbulenta ingruit tempestas, si subito transpiratio insensibilis aut sudor supprimitur, si alvus adstricta est, si etiam per venæ sectionem motus sanguinis quadantenus alteratur &c. tunc in ejusmodi personis sensibilibus & simul valetudinariis facile magna ventriculi molestia consequitur: & quamvis Venæsectio in morbis ventriculi proberur in tr. de digestionem & morbis ventriculi cujus A. E. L. An. 1704. Apr. pag. 181. mentionem faciunt; dantur vero vicissim circumstantiæ, quæ in nonnullis ventriculi morborum qualitatibus Venæ sectionis intermissionem suadent: conf. Joh. VARANDÆUS tr. therapeutica primo de morbis ventriculi p. 54. seq.*

§. VI.

Quemadmodum porro Venæsectio nimis frequens & caput & pedes enervat, teste experientia & ex hac WEPFERO *obs. med. p. 138. 889. 753.* ita etiam Venæsectio modica in certis Subjectis & casibus utrumque causari solet: quando videlicet junioribus sanguineis & simul plegmaticis personis Venæ sectio utilis & necessaria fuit, quæ quando paulo proveciorem ætatem pertingunt, catarrholum cerebrum, debile sic dictum genus nervosum & con-

geriem humorum *pituitosorum* obtinent, quæ præterea ob ingruentem *imbecillitatem* magnas, fonticas & *heroicas* evacuationes non amplius perferre possunt, quæ nunc magis in *frigidam* qualitatem corporis, motuum & functionum degenerant, quas ob ejusmodi *languorem* non adeo eminenter sanguinis *copia* & *motus* urget, quæ a debili & tenera stirpe genitæ, præmature virium jacturam patiuntur, quæ ob multas *animi* & *corporis* molestias & passiones valde enervantur, quæ a prægressis variis, arduis & *implicatis* morbis admodum corruptæ fuerant, quæ sub frequenti *medica*, eaque *discrepante* tractatione admodum fatigatæ fuerant: &c. &c. hisce *ante hæc* adsueta Venæ sectio *commode* & *secure* omittitur: Quæcunque etiam subiecta ex *alia*, quam *sanguinea*, causa *singularem* debilitatem & *languorem* in *artubus* tolerant, illis perinde antea adhibita & iterata Venæsectio intermitteri debet, quoniam hanc membrorum infirmitatem *auget*, aliisque medicis auxiliis minus obtemperantem magisque renitentem reddit, ut in iisdem membris suspectus alior, torpor, stupor, tumor & naturalis coloris atque caloris privatio, imo *paralytica*, aut *paralytoidea* afflictio consequatur. Nonnunquam in praxi medica casus *peculiores* occurrunt, in quibus aliquandiu adhibita & continuata Venæsectio ob *generalem* alterationem, quam motui sanguinis *progressivo* intulit, *mediocrem* præstitit utilitatem, cui remedio autem circumstantiæ ejusdem affectus ita, præc. in *flexilibus* subjectis, adsuescunt, ut illud in futurum, non modo *nullam* amplius largiatur opem, sed plane *contrarias* operationes exequatur; in qua facie non consultum est talem V. S. nem ludicre urgere & repetere, sed potius sub *perito* directorio

rio  
perfo  
libus  
staru  
ad V  
nequ  
tercu  
sub v  
Vena  
va p  
vocer  
Lin.  
rium  
vatio  
quoq  
feroq  
neror  
ento  
nemp  
zam  
vir:  
non p  
Spem,  
eveni  
ceter  
ter flu  
ria fa  
empl  
morr  
ab im



rio intermittere : Seorsim obtingunt nonnunquam in personis animo inquietis, morosis, immoderatis, mutabilibus & præcipitibus certæ species *morbiscarum* & suspectarum *Hæmorrhagiarum*, in quarum cura vulgo medici ad Venæsectionem, velut ad sacram confugiunt anchoram: neque quidem sub congruo usu frustra illa adhibetur: intercurrunt vero in prædictis subjectis circumstantiæ, ut sub varietate annorum atque temporum antehac usurpata Venæsectio *ulteriorem* suam utilitatē deneget & vel *nova* pathemata provocet, vel *eandem* Hæmorrhagiam *revocet*: hujus effectus testimonium offert RIEDLINUS in *Lin. Med. An. VI. Julio obs. 3. p. 608. tit. Hæmorrhagia narium Venæsectione resuscitata*: qui author *p. 611.* has observationes profert: *Sicut vero hic ipse æger retulit, se olim quoque post Venæsectionem narium hæmorrhagiam in se observasse, cujus tamen prius, cum me consulisset, non meminerat, ita sub illud ipsum fere tempus cuidam in spuro cruento eodem plane cum successu venam sectam fuisse, dum nempe longe plus sanguinis post Venæsectionem administratam ac ante per os rejecerit, is qui eam secuit mihi narravit: Ut ut vero propterea Venæsectio in ejusmodi casibus non prorsus sit rejicienda, ne tamen nimiam in eam colles spem, sæpe & similes observationes te doceant.* Idem etiam evenit subjectis, quæ in *reconomia morum & vitæ naturalis* ceteroquin promptæ activitatis sunt, sanguinem sufficienter fluidum possident & in commotione sanguinis *eluctatoria* facilia admodum *pronaque* sunt: Hujus observationis exempla & testimonia obtingunt nonnunquam in *aliis Hæmorrhagiarum speciebus*: sicut in *Hæmoptysi*, quando hæc ab imperuoso motu sanguinis *orgastico* una cum *extraordinario*

*Amario calore fovetur, insuper in subiectis gracilitas corporis adest, ut propterea prægreflæ hymoptyseos locus affectus, nulla firma circatrice consolidatus sit, inde evenit, ut tempore quodam, sanguinis intensiorem motum excitante, Venæsectio instituta & repetita, novam fortio-rem orgasticam sanguinis commotionem pedissequam inferat, unde tenera illa cicatrix denuo disrumpitur & per & post hanc Venæsectionem recidiva Hæmoptycæ nova occasio præbetur, hinc stantibus & concurrentibus hisce circumstantiis aliquando in totum, interdum in tantum Venæsectio intermittenda erit: de tali suspecto calore, V. Smet excipiente, dicit RIEDLINUS Lin. Med. An. 3. p. 213.: *vix incisis venis (patiens ille) de calore quodam molesto conqueri coepit, hunc tamen pro consueto & naturali habuit, licet mihi statim displicuerit, nec immerito &c.* & porro: *non itaque fidendum esse tali calori, præsens te doceat observatio &c.**

§. VII.

Subinde Venæsectio antea adsueta, aut aliquoties adhibita in hominibus, qui a diversis causis *pristinam virium suarum præstantiam atque firmitatem* amiserunt, & valde *sensibiles redditi* fuere, *aggre* continuationem Venæsectionis perferunt, sed illam intermittere coguntur, ni ob illius *repetitionem* in periculosiorem *imbecillitatem, rabem, atrophiam, hecticam, febrem lentam & perversos alios affectus* conjici cupiunt, inde eloquuntur: *Sie haben das Aderlassen müssen einstellen, weil sie sehr schwach und matt davon worden sind: ob id BALLONIUS Epidem. p. 241. 244. sub ejusmodi virium imbecillitate Venæsectionem intermittere jubet: tanto magis illis hæc intermissio suadenda est,*

qui

qui ob certas causas nunc *crebrioribus animi deliquis*, antea infuetis, subjiciuntur, jam vero a Venæsectionis *repetito* usu magis in hac propensione in Lipothymias *confermantur*, ut *major* illos debilitas jam corripiat; etenim nonnulli horum hominum ita *sensibiles* redditi sunt, ut talem *alterationem*, quæ universo *morui* sanguinis *progressivo* ex Venæsectionis usu accedit, ægerrime tolerant, indeque in talem lipothymiam & consequentes alias *graves ordinis* & œconomix *vitalis* turbas incidant: ita constant alii casus, ubi *animi deliquia* iteratas Venæsectiones minus salubres reddiderant: tale exemplum profert RIEDLINUS *Lin. Med. An. 3. April. obs. 4. p. 213.* cujus verba sunt: *rantum haud pauci a Venæsectione abhorrent, ut & vix nomine ejusdem injecto toto contremiscant corpore, qualem ego quidem olim novi, quæ quando Venæsectionem instituebar, tanto tremore correpta fuit, ut ab aliquot hominibus teneri opus haberet, qua de causa cum primum hoc vidissem, a Venæsectione in posterum desistere jussi, ne tanto metu plus noceat sibi ipsis, quam ulla Venæsectione corrigi posset; alii licet sat fortiter opus aggrediantur, vix tamen peracta Venæsectione animo linguuntur, & sic adstantibus haud parvum injiciunt metum.* Quando præterea quidam homines, antehac usui Venæsectionis addicti, per diversas causas *inappetentiam* patiuntur, aut *parum comedunt*, *difficulter concoquunt*, aut *variabili appetitu* laborant, insuper aliquoties *turbulentas* aut *insomnes noctes* experiuntur, indeque magis enervantur, in illis nec *ordinatio*, nec *continuatio*, sed potius *intermissio* Venæsectionis locum invenit: hinc Zacutus LUSITANUS *Med. Princ. Hist. Lib. II. hist. 7. dub. 5. p. 177. col. 1. A.* sentit: *quamvis Galenus in hoc funesto (Hæmoptyleos)*

D

morbo

*morbo pbleboroniam summpere commendaverit, ni resolutus  
ager sit & ex præcedenti morbo debilis factus, vel malo con-  
stet corporis habitu: eo pertinet monitum HIPPOCRATIS  
Sect. 2. aph. 16. quod ægris sub cibi abstinentia, sanguis mit-  
rendus non sit: claudit hanc practicam considerationem  
Zacutus LUSITANUS l. c. B. hæc est causa ob quam medici,  
qui cum Galeno nobilem illam Romanam curabant sanguinis  
extractionem reformidabant, ut ipse refert Lib. 6. epid. Sect.  
4. com. 29. in hunc sensum intelligendus est AVICENNA 4.  
1. 6. 20. dum in valde famelicis tantopere Venæsectionem ve-  
cusat. Consideratu autem admodum digna illa est cir-  
cumstantia, quod intermissio Venæsectionis talibus etiam  
subjectis concedenda & ordinanda veniat, quibus per  
initia valetudinarii status illius usus salutaris fuit, quæ ve-  
ro sub successu & accremento, ut & varia complicatione pri-  
mi morborum status, nec non sub multa & variabili medi-  
catione nullam plenariam opem acquisivarant, sed aut in  
eodem affectus gradu perseveraverant, aut in deteriorens  
statum degeneraverant; hinc perquam necesse esse judi-  
camus, ut morborum prægressorum, & medicationum  
adhibitarum attentam & sollicitam indagacionem & con-  
ciliationem incamus. Et ita etiam jure meritoque V. Sio  
intermitti debet, in subjectis maximo angore & horrore il-  
lam admittentibus; siquidem adeo timida illorum occur-  
runt, quæ summo tremore vel intercurrentibus animi deli-  
quiis, vel spastico-convulsivis motibus, vel transitoriois mentis  
confusionibus illam admiserant, siquidem obtigit olim oc-  
casio D. Præsidi observare in scæmina, quæ ob extremum an-  
gorem quoties Venæsectionem admisit, tam sub præparatio-  
ne ad eandem, quam sub successu illius, nec non aliquot ho-  
ris*

ris p  
 nian  
 sper  
 ciffin  
 mor  
 mne  
 pter  
 titur  
 mag  
 rum  
 Snis  
 nim  
 de j

ctio  
 lare  
 & o  
 ne  
 disp  
 tien  
 pla  
 nul  
 con  
 imh  
 fed  
 tion  
 tef  
 tem  
 va

ris post eam delirium transitorium perpessa fuerat: Quoniam autem tam enormis angor & metus omnem bonam spem de Venæsectionis utilitate concipiendam eludit, vicissim vero extremas turbas ac confusiones in functiones morales, animales, vitales & naturales incutit, ideoque omnem salutarem operationem & successum eludit, propterea in talibus timidis subjectis consultius V. S. intermittitur, quam repetitur, quia non modo minus juvat, sed magis nocet: *conf. Progr. D. PRÆSIDIS de V. Sive timidorum*. Siquidem ne quidem post timorem prægressum V. S. nis usum admittit *Petr. Matthæus CONSENTINUS in Animadvers. Phys. med. p. 88. RIEDLINUS curat. medic. 370. de juvenis Venæsectionem adhorrente.*

§. VIII.

Haecenus recensitis causis & circumstantiis, Venæsectionis intermissionem indicantibus, annumeramus singularem debilitatem capitis, membranarum cerebri, nervorum & organorum sensoriorum, quæ a continuata Venæsectione magis promovetur & ad ominosiores consecutiones disponitur, in quibus sollicitudo de debilitate vigoris sentiendi in organis externis non frustranea est, unde exempla prostant, quod Venæsectiones, quæ quidem ad nonnullas mitiores morbosas afflictiones aliquam utilitatem contulerant, successivè, memoriæ, visui &c. peculiarem imbecillitatem conciliaverint, in quibus propterea Venæsectio intermitti debuit: parallelum exemplum hac relatione ROMMELIUS in *A. N. C. dec. 2. An. 5. obs. 144. p. 293.* testimonium dat: *ego non simplici vice in plurimis, qui saltem ex consuetudine quorannis venam secare solent, observavi, sanguine rite fluente, ubi vix una vel altera sanguinis*

uncta adhuc egressa erat, illos de nebula oculis obversante, vel rebus diversi coloribus visui se objicientibus conquestos esse, nonnullos etiam talia vel his similia verba protulisse: Deus bone! ego vix vel parum, vel hoc vel illud video, nullo subsequente animi deliquio, vel liporhymia. Tunc ego statim venam claudere & quieti se committere imperavi, magis tutum esse ratus, ob superius adducta exempla, ab ulteriori sanguinis profusione desistere, quam majores turbas cedere, quod etiam, DEO sint laudes, semper feliciter cessit, majusque forsitan jam imminens periculum præcautum esse fuit: Non minus etiam in Subiectis ob immodicam sanguinis spontaneam evacuationem Cachectis redditis, aut ob suppressas consuetas Hæmorrhagias in repentinum & magnum gradum Cachexiæ delapsis, nunc etiam in ostiis hydrofici affectus stantibus, aut confirmata Ascite oppressis, præc. quando modo suspectæ virium infirmitates & appetitus prostrationes ingruunt, Venæsectio antehac usitata, repeti & continuari non debet, cum non amplius culpa in quantitate, aut motu sanguinis urgente, sed alia causa quaerenda sit, siquidem Hydropiceos diversæ causæ innotescunt, e quibus etiam illæ, quæ in sanguinis nimia copia & suppressis salutaribus Hæmorrhagiis consistunt, non promiscue Venæsectionis usum & repetitionem admittunt, ut aliquando circumstantiæ in hoc affectu Venæsectionis antea usitatæ intermissionem indicent: & quamvis casus Hydropici occurrant, in quibus perita & judiciofa Venæsectio adhuc locum invenit, juxta effatum WELSCHII Consil. medicinal. Cent. I. cons. 51. Venæsectione Hydropem sæpius curatum ipse Galenus Lib. I. de V. S. advers. Erasistr. c. 5. testatur, in quem Zacut. LUSIT. M. P. Hist. Lib.

Lib.  
giro  
HAR  
cui r  
non  
drop  
ria e  
fragi  
non  
& in  
tius  
SCH  
p. 257  
ferat  
II. O  
pbrb  
quam  
exper  
RIE  
sectio  
nes,  
vero  
inger  
mun  
lang  
mitte  
guini  
nis e  
beant  
nuen

*Lib. II. hist. 18. asciticos duos incisit capillaribus in apice digitorum annularium sanavit olim ex nostratibus Fer. ERHARDUS, quod ipse narrat ap. Hildanum Cent. 6. observ. 47. cui respondet Hildanus Cent. 6. obs. 92. Ut ut autem nobis non disquisitio præsentis themate demandata sit, an in Hydrope absolute, aut respective Venæsectio utilis & necessaria existat, tamen hoc rationis dictamine observationis suffragio constat, hanc artificialem sanguinis subtractionem non modo in Subjectis, quæ in Hydropem inclinant, sed & in illam plenarie inciderunt, & caute ordinandam, cautius repetendam, interdum rectius omittendam esse: hinc SCHROECKIUS in schol. ad obs. 83. HELLWIGII obs. phys. med. p. 257. asserit, quod Hydropticis missio sanguinis baud conferat: quo RIEDLINI testimonium pertinet Lin. Med. An. II. Octobr. 24. obs. 24. p. 513. invenies, qui & hydropticis & phthysicis consummatis sanguinem detrabere non verentur, quam male vero hoc plerumque cedat, quotidiana nos docet experientia: conf. BARBETTE Prax. Med. Lib. 4. cap. 4. RIEDLINUS Lin. Med. An. 2. Octobr. obs. 2. p. 472. tit. Venæsectionis intermissio ab hydrope præservans: Porro homines, qui prius Venæsectiones iteratas adhibuerant, nunc vero multis ærumnis enervantur, sub quibus non multa ingerunt, tardius degerunt & sanguinem magis consumunt, quam æger, ideoque majores animi ac corporis languores experiuntur; illis Venæsectiones magis intermittere convenit, quam repetere, quoniam nec copia sanguinis onerati, nec motu impetuoso excitati, talem sanguinis evacuationem haud urgent: quantam enim vim habeant metus, moeror, angor, cura, sollicitudo &c. ad minuendos humores, in quo casu V. S. neque ordinatione,*

D 3 nec

nec repetitione necessaria est, quotidianis exemplis constat.

§. IX.

Et quamvis Venæsectionem *naturali* ratione præc. *urgens & molesta* sanguinis *ubertas* indicet, propterea autem haud sequitur, *omnes plethoricos* aut *prima*, aut *iterata* Venæsectione indigere, siquidem in aliquibus *tranquilla* sanguinis plenitudine præditis, ne quidem ulla talis *artificialis* sanguinis subtractio necessaria est, dum non modo *multi* homines sanguine *turgidi* absque Venæsectione *incolumes* vivunt, sed & ob *corporis* structuram, quæ *multum* sanguinis continere potest, usque dum ad perruptionem *necessitetur*, tali evacuatione subsidiaria minus opus habent, nisi ejusmodi *moderatis plethoricis* cum Venæsectione, aut *semel*, aut *aliquoties* ordinata, *morbosa* demum qualitas concilietur; sicut sollicita talis Venæsectionis ordinatio non paucos homines *valetudinarios* tandem reddere solet, qui *antea* comparate *sani* extiterant: quam ob rem *generatim* non consultum esse judicamus, ut confestim, posthabito alio *magis naturali* auxilio, *levius* urgente quodam *morboso* statu, ad Venæsectionem refugium præcipitetur, prout D. PRÆSIDI in consiliis practicis in more positum est, a præmaturo, anxio & immodico tali Venæsectionis usu dissuadere, aliaque naturæ ordini conformia consilia commendare; qua via melius & optatius progredi licet, quam cruento & sanguinolento illo auxilio: idem etiam porro applicare licet ad subjecta quibus sub reliqua *tolerabili* atque moderata sanguinis ubertate Venæsectio *citra* singulare *emolumentum* ordinata & adhibita fuit, quibus propter modo recensitas causas,

fas,  
guin  
cta  
letu  
tur  
sam  
rem  
naci  
occi  
cen  
ze st  
add  
pro  
plus  
alii  
fion  
ficio  
cor  
næ  
tes,  
sub  
fide  
giu  
tit.  
bus  
etic  
com  
reli  
mu  
mu



fas, sub idoneo ac perito regimine hanc missionem sanguinis potius intermittere convenit: ne ejusmodi subiecta sub *hypothetica* Venæsectionis continuatione magis valetudinaria, aut *infelicia* Venæsectionis mancipia reddantur: Eapropter regula therapevtica est, *ne aliquam causam tranquillam commoveamus, neve commotam in majorem impetum convertamus*, unde sub spe curationis pertinaciores valetudinarios generamus: reminiscimur hac occasione judicii RIEDLINI in *itinere medico* p. 47. qui recenset observationem *alicujus viri, qui Venæsectionem ante stato tempore admissam, cum majori euphoria omisit, & addit: Venæsectionem sæpius instrui, ubi magis nocet, quam prodest, hæc observatio docet: nec novum est eadem omissa plus in curandis quibusdam morbis profici, quam quibusvis aliis remediis*: quod etiam in multis casibus de intermissione illius valet: In hac status *plerborici* succincta disquisitione, judicamus etiam, quod si *fœminis Sanis*, animo & corpore moderatis, cœteroque *remissus* plethoricis Venæsectio adhibita non æque singulares præstiterit utilitates, nec illis etiam, ita promiscue coeco empirico more, sub *graviditatis* statu, eadem necessaria fuerit: hæc consideratio sicut in observatione fundata est, ita illius suffragium perhibet RIEDLINUS *Lin. Med. An. 4. Marr. obs. 10. tit. Gravidæ plethorica Venæsectionem tuto omittens*: quibus itaque ob peculiare causas *ante* graviditatem subtractio sanguinis *artificialis* incommoda & noxia fuit, illis commode *sub* graviditate eadem intermitteri potest, modo *reliquæ regulæ medicæ* bene observentur. Et quid dicamus de variis aliis affectibus, in quibus Venæsectio primum ordinata & cum *aliquali* euphoria adhibita fuit, quæ  
 vero

vero sub *ulteriori* continuatione, nec illas, multo magis *contrarias* vires præstitit, quamvis in modo, ordine, loco &c. *nulla amethodia* commissa fuerit: Et hæc consideratio practica ad varios affectus applicari potest, contra quos unquam Venæsectio usurpata fuit, qui si statum ægrorum valde mutaverint, non *consuetam* & liberalem Venæsectionis *repetitionem* admittunt, sed *intermissionem* illius aut *absolutam*, aut *temporariam* suadent & indicant, sicut talem casum profert RIEDLINUS *Lin. Med. An. 4. Novembr. obs. 30. tit. de dentium dolore periodico post Venæsectionem rediente.*

§. X.

Præter hætenus commemoratos *morbos, causas & circumstantias* in illis annotandas, adhuc *varia* observationes significari possent, quæ Venæsectionis semel ordinatæ, usurpatæ & continuatæ *intermissionem* circumspectam indicant & jubent: inter alia affectuum morbosorum schemata *congestiones, dolores & spasmi* attentionem merentur, quibus non promiscue Venæsectio confert: ideo *dolores capitis* interdum a Venæsectione haud levantur & leniuntur, sed magis exacerbantur & *contumaciores* redduntur: qua de causa RIEDLINUS *Lin. Med. An. 3. Octob. obs. 14. pag. 692.* testatur: *quando capitis dolor aut a nimia quantitate sanguinis, aut ab bujus liquoris effervescencia nimia, aut stagnatione in venis capitis sanguinem advenientibus, aut intermissa, vel cessante quadam sanguinis consueta evacuatione, aut alia simili causa ortum suum trahit, tum sane sanguinis subtractio sepe tantum confert, ut nisi ea in subsidium vocetur frustra quæcunque olia tententur - - ubi autem alia causa subsunt, Venæsectio nocere potest:* in quo

quo casu illico allegato sub tit. quod *Venesectio non in quovis dolore capitis conveniat*, intermissam Venesectionem, antehac usitatam, non improbat, quam æger ille denuo repetere contendebat, sed hoc epiphonemata potius probat, p. 695. *quam amantes sint nonnulli Venesectionis, sicut ex dictis sat constat, ita tamen prudens & conscientia rationem habens Medicus, nunquam in ejuscemodi hominis petita consentiet, sed tam multis contraindicantibus præsertim notatis, ab eadem eos sedulo & serio debortabitur*: hinc Bonav. GRANGERIUS in animadversione in defensionem libelli Leon. Botalli de curandi ratione per sanguinis missionem p. 76. ait: *prudens medici character est, sanguinem convenienter subtrahere, subtractionem hanc decenter repetere, & repetitam aliquando plane intermittere.*

§. XI.

Addenda autem denique erit admonitio, ne frivole & secure nuda intermissione nitamur & in illa acquiescamus, neve illa simul & semel suscipiatur, sed *successive* ordinetur, donec tandem illam securius penitus omittere liceat: qui itaque *aliquoties* quotannis illam repetere consueverant, observent *primo* anno, quo consilium intermissionis iniverant, *numerum*, demant autem semper aliquid de antea usitata quantitate emissi sanguinis; altero anno subtrahant aliquid *numero* & tandem proximo anno omnino Venesectionem intermittant: interea autem tam sub *præparatione* ad instituendam hanc intermissionem, quam *sub hac & post eandem curatius* ejusmodi subjecta directorium totius vitæ generis instruant, quo *generatim* non æque *scrupulose, molliter, indulgenter & valde sollicitè*, anxie & meticolosè vitam agant, sed quoad *Animum* tran-

E quille,

quille, moderate, quiete, nec luxuriose, nec abjecte, aff  
 in bona continentia & temperie versentur: Sie sollen sich  
 eines mäßigen, gelassenen, stillen und ruhigen Gemüths be-  
 fleißigen, ne *inquietus* animus sanguinis motum perinde  
 rurbet, & indirecte illum ad necessitatem *continuandæ* Ve-  
 næfectionis præparet. Insuper seligenda & observanda  
 erit *temperata* Diæta, tam quoad *quantitatem*, quam quo-  
 ad *qualitatem* ingerendorum nunquam *multitudini*, licet  
 appetitus bonus sit, indulgeant, nec ad *plenam* saturitatem  
 cibos assumant, ne *accumulationi* sanguinis ansam mini-  
 strent, sed sub *modica* ciborum ingestione, id procurent,  
 ne unquam sanguis *nimia* adaugeatur quantitate, quæ Ve-  
 næfectionis repetitionem urget, & intermissionem turbat  
 atque impedit: hinc varia exempla in medium testimonii  
 loco proferri possunt, quod sub tali bene disposita & or-  
 dinata diæta subiecta quædam *activioris animi*, *calidioris*  
*temperamenti*, & *obesioris* aliquando corporis Venæfeci-  
 one nunquam uti necesse habuerint, & tamen ad *seram*  
*Senectutem* pervenerint; deinde cibus & potus sit tem-  
 peratus, non *largiter* nutriens, nec crassus atque densus,  
 non reliquas *ordinarias* evacuationes impediens, sed recti-  
 us leniter promovens, non valde aromatizatus, spirituo-  
 sus & humores intensius commovens, non valde acidus  
 & adstringens, inde alias *salvares* excretiones aut tur-  
 bans, aut sufflamans, præterea *humores incrassans* & ad sus-  
 spectas stagnationes disponens, sed potius talis, qui hu-  
 mores ratione *mixtionis* in aliqua *temperie* & quoad *consi-*  
*stentiam* in congrua *fluiditate* conservare adjuvat: nec pe-  
 nitus vini, modo *non exotici*, sed temperati Germanici  
 adulti Franconici, Rhenani aut Mosellani moderatus,  
 haud

haud  
 iam  
 ranti  
 qui i  
 ratur  
 aut o  
 perat  
 aut in  
 infer  
 taten

corp  
 evite  
 nunc  
 ratio  
 atur  
 diuve  
 veatu  
 plica  
 turb  
 obse  
 Snen  
 matis  
 cuit,  
 mar  
 serva  
 Qua  
 cam  
 opel

haud tamen quotidianus usus, interdicatur: Multum etiam in diætæ instructione pro securiori & meliori tolerantia intermissæ Venæsectionis loco cerevisarii potus, qui sæpe puritate sua variat, nec ubivis temperatus paratur; usus *limpidioris* aut puræ, aut non valdæ frigidæ, aut cum vino quadantenus mixtæ, aut in lenem & temperatam ptisanam, decoctionem & congruum Bromium, aut in dilutius decoctum Coffee aut Thee, conversæ, *Aqua* inserviet, quæ ordinarias excretiones, temperiem & fluiditatem sanguinis conservat.

§. XII.

Dein *oria* fugiantur; *moderatus* & continuatus *motus corporis* observetur; nimia *Vigilia* & excessivus *Somnus* evitentur; moderamen in omnibus teneatur: alvus nonnunquam leni & congruo laxante admoneatur: transpiration insensibilis ne valde offendatur, neve subito coerceatur: *diaphoresis placida* interdum invitetur: *temperata diuresis* per *diætica* magis, quam pharmaceutica promoveatur; quoad *internam* & *externam caloris* & *frigoris* applicationem omnis arceatur excessus: nec novæ præteritæ ac turbulentæ consuetudines acquirantur: Hæc regulas si observaverint talia subjecta cum securitate & utilitate. Snem intermittere poterunt & hæc quoad præsentis thematicæ explicationem & commendationem proferre placuit, quas meditationes multis casibus illustrare & confirmare potuissimus, ni *præcipuas* circumstantias in hac observatione scitu dignas annotare & indicare maluerimus. Quare rectius hanc animadversionem, exquisitè practicam, ulteriori attentioni & applicationi relinquimus & opellam nostram conficimus. Deo T.O.M. immensas laudes

des ac humillimas gratias tribuentes atque reddentes,  
quod in deducenda hac observatione ccelesti suo adjuto-  
rio nobis adesse voluerit, cui & hunc laborem & reliqua  
nostra proposita atque officia ita consecramus, ut eadem  
salutaris prosequatur decursus atque exoptatus

F I N I S.

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO  
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

**S**anguinis tam in Sacris, quam profanis litteris magna  
occurrit æstimatio, hinc cum illo haud ludicre ver-  
sari decet: ROD. a CASTRO in *Meteoris Microcosmi*  
*Lib. II. cap. XV. p. 84.* de sanguine testatur, quod sit *instru-*  
*mentum animæ & animæ morum sequatur*: sicut *Mesues*  
Lib.

Lib  
rum  
fim  
p. 23  
hac  
& a  
vita  
& n  
& n  
ni &  
ficiu  
huj  
tate  
lius  
vire  
tur,  
luta  
ciali  
met  
lam  
audi  
p. 13.  
male  
Elio  
gum  
Geb  
Ven  
ri no  
ciem  
duff  
con  
raria

*Lib. I. de re medica rheorem. I. c. 2. sanguinem vitæ thesaurum esse asserit, vid. Hildanus tr. de tuenda sanitate: vicissim vero KOZACKIUS in fragm. spagy. de phlebotom. c. 2. p. 25. Sanguinem thesaurum vitæ & mortis appellat, sub hac interpretatione, ut quam salutaris ac necessarius ille ad vitam humanam est, tam facile non modo diversas infusas & adventitias impuritates excipiat, sed & in similes pravas & noxias materias resolvatur, nec non facillimæ destructioni & corruptioni obnoxius existat: hinc æqui arbitri officium est, non modo laudes sanguinis extollere, sed & hujus fragilitatem aliasque vitiosas & morbificas qualitates indicare: quare minime justa cura est, quæ circa illius augmentationem tantum versatur, qua viæ, vasæ & vires onerantur, nimium, quam salubre est, suffarcinantur, indeque œconomia vitæ, motuum & functionum salutarium valde turbatur; eapropter periti medici artificiali manu sanguinis subtractionem & imminutionem non metuunt, vereantur autem, ne vel incongrue & nimium illam ordinent, neve ultra metam eandem prosequantur: audiendus erit LENTILIUS in Ercodromo medico practico p. 1344. 1345. non simplici risu, sed cachinno excipi merentur male sane speculatores, qui & negare pletboram & Venæsectionem in solidum rejicere nugatorie sustinent. - - legunt interdum seductorias Blancardi, Bontekoe, Overkamp, Gebemæ (fere dixerim Gebennæ). chartas & quæ contra Venæsectionem frivole satis sibi disceptata reperiunt, climati nostro impudentissime applicant, medicisque secum non facientibus insultare non erubescunt. Quamvis quidemeductio & evacuatio sanguinis ordinario naturæ statui haud conformis sit, nec propterea indies eveniat, sed temporaria sua intervalla reliquo salutari suo successu servet,*

quamvis etiam multi homines per univēsum longioris  
ætatis tractum sine damno nullas tales aut spontaneas, aut  
artificiales subtractiones sanguinis experiantur, quamvis  
porro frivolum & temerarium conamen esset, ex obser-  
vatione salutaris Hæmorrhagiæ & artificiosæ depletionis  
sanguinis in certis subjectis, ad omnia reliqua conclusionem  
& applicationem formare velle: tamen Venæsectionis ordi-  
natio nec facilis, nec difficilis esse debet, quemadmodum  
plus una vice absque illius consultatione & administratio-  
ne alia naturali methodo in hæmoptysin proclives juve-  
nes cum optato successu tractavi, nec generatim in juniori-  
bus subjectis cum Venæsectionis commendatione facilis  
esse soleo: *ideo Petrus CASTELLUS rr. de abusu Phleboto-  
miæ p. 53. ait: aut artifex prudens medicus tardus sit ad ve-  
nam incidendam, aut promptus ad phlebotomiam omitten-  
dam: hodiernis moribus Venæsectio inter Germanos ad-  
eo increbuit, ut in ordinanda & iteranda illa multum sæpe  
peccetur, ideoque via, naturæ magis grata, quam horrida,  
in sanitatis curatorio inveniēda & incedenda sit: repre-  
hendunt jure meritoque medici nonnulli germani, quod  
Galli fermè promiscue & repetite per modum magis ex-  
cessus, quam rationalis successus Venæsectionem institu-  
ant: utut autem in litteratura medica duæ epistolæ GAU-  
DINI, quæ in Fouberti Opp. Tom. II. p. 176. extant, argumen-  
tum de sæpius iteranda phlebotomia explicant, vid. Joan. Cl.  
de la COURVEE de frequentis phlebotomiæ usu & abusu, ve-  
ritati tamen omnino etiam respondet testimonium RIED-  
LINI Lin. Med. An. 2. Januar. obs. 13. p. 20. inter generosiora  
remedia Venæsectionem jure merito numerari, haud facile  
quispiam, nisi harum rerum plane ignarus, negabit, sciri  
vero in genere antequam talia remedia adhibentur Medicus  
prius*



prius omnes circumstantias probe considerare, etiam quæ illa suadent, iis quæ contraindicant, præponderent, diligenter examinare debet, ita quoties de Venæsectione quaestio incidere, non nisi quasi coactus eandem admittat, si in primis unum alterumve eidem contrarium signum notaverit: ante omnia vero non concedat, ut sæpius hoc remedii genus iteretur, cum exinde quamplurima mala suborta fuisset, quotidiana teste experientia: addimus iudicium *Job. Francif. de FRANCISCO de Venæsectione contra empiricos p. 42. verus medicus justo tempore Venæsectionem instituit, alio opportuno tempore & subjecto eam iterum omittit.* Consideratu dignam hanc observationem, plane selectam arduique momenti, de Salutaris Venæsectionis intermissione præsens Inaugurale TUUM CLARISSIME DOMINE CANDIDATE specimen fufius curatiusve differit, quo publico Symbolo merita TUA atque profectus in re medica elegantes testari voluisti: etenim dum non modo in Salana Academia, sed & in Fredericiana Musarum sublimiorum Palæstra per aliquot annos strenuo, indefesso ac egregio ardore Medico studio infudasti, & selecto plane exemplo atque judiciofa applicatione ex ore & doctrina Variorum Fama, Scientia & Arte clarorum probatorumque Virorum laude dignos profectus acquisivisti & collegisti, insuper eleganti fervore plus ultra bonum scientiæ TUÆ apparatus adaugendi inflammatus inclaruisti, tandem TIBI consultum visum fuit ab ordine nostro immunitatibus Doctoralibus, velut publico eruditæ TUÆ capacitatis testimonio exornari & commendari: in primis cum in solennibus & consuetis examiniibus, doctis ac promptis responsionibus Collegio nostro talibus honoribus optime dignum TE præstiteris & probaveris, de quo egregio specimine gratulabundus

TIBI


TIBI applaudo, firmissimamque spem foveo aliisque fa-  
cio, fore ut hoc eleganti Scientiæ cimelio exornatus, non  
modo aliis talem te exhibere, sed & inclytæ patriæ TUÆ  
multa desiderata admodumque fructuosa officia præstare  
possis, quibus honestis atque egregiis TUIS laboribus di-  
vina benedictio, ut constanter adspiret, TEQUE saluum  
semper conservet, omniaque proposita TUA prosperis  
successibus allevet & coronet, est quod ingenuo animi af-  
fectu in perennibus votis habeo. Vale dab. d. VIII.

Novembr. A.O.R. clo lxxxv.









Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

INAUGURALIS MEDICA,  
DE

# LECTIONIS UTARI MISSIONE,

*Quam*

DEO PROPITIO,  
*ritate Gratiſſe Facultatis Medicæ,*  
REGIA FRIDERICIANA,  
Æ S I D E

## MAELE ALBERTI,

AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
ET PHILOS. NATUR. PROFES-  
SO ORDINARIO, ETC.  
SPECTATISSIMO,

*Promotore ſuo, omni honoris cultu proſequendo,*  
DU DOCTORIS  
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO-  
GITIME IMPETRANDIS,

locoque conſuetis  
XXXV. D. OCTOBR.  
*Eruditorum ventilatori ſubjiciet*  
PONDENS

## LIUS SCHLÆGER,

IN SVICENSIS.

MAGDEBURGICÆ,  
NI HENDELI, ACAD. TYPOGR.

*Lun; XXVIII/7 627*

*13 Alberti*